



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa  
Bullam Unigenitus**

**Archidiocèse <Malines>**

**Bruxellis, [1719]**

Exemplar Epistolæ Amplissimi Domini Abbatis Tongerloensis Vicarii  
Generalis Ordinis Præmonstratensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40699**

## EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Tongerloensis  
Vicarii Generalis Ordinis Præ-  
monstratensis.*

*Excellentissime, ac Reverendissime Domine*

**E**xcellentissimæ Gratiæ Vestræ Literas cum acclusa Epistola Pastorali pergratanter, ac summâ veneratione recepi. Bullam *Unigenitus*, & ultimas Literas ad Universos Christi Fideles de 8. Septembris à Sacrâ Sede emanata, & Nobis pridem Româ immediate transmissa, jam dudum publicari jussi & defendi, non solùm in Scholâ Nostrâ Tongerloensi, sed & in Capitulo Nostro Provinciali hic nuperrimè habito, in quo, consensu unanimi, omnes hujus Provinciae Brabantiae Abbates Decreta Pontificia acceptarunt, ac mandatum desuper ediderunt hisce verbis : *Mandat insuper ( Capitulum ) ut Decreta Apostolicæ Sedis in materia Fidei, & morum omnes reverenter suscipiant, & religiosè observent.* Interim orabo Patrem Misericordiarum, ut à Nobis avertat Schismata, sed servemus unitatem Spiritûs in vinculo pacis, & profundissimo respectu, ac veneratione subscribor. Tongerlo 20. Novembris 1718. Excellentissime, ac Illustrißime Domine, Excellentissimæ Vestræ Dominationis, Humillimus, ac Obsequentissimus Famulus. *Erat signatum. GREGORIUS Abbas Tongerloensis.*

**EXEM-**